



**Hvmanae Salvts Monvmenta**

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiae, [1571?]**

In tabellam signi à Christo in Cana editi. Ode Sapphica XLVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68924](#)

In tabellam signi à Christo in Cana editi.

O D E S A P P H I C A X L V I .

Qv & pater mundo posuit recenti  
Iura sacrati thalami deditq;  
Iuncta concordi sociare vitæ  
Munia lege:  
Illa præsenti patris ipse natus  
Numine antistes decorata , firmat,  
Faustus & gratas epulas benigno  
Comprobat vñ.  
Sic & arcanis sociare tædis  
Gentis humanæ genus expetitum,  
Et sibi magnis emere adiungandum  
Dotibus ardet:  
Possit ut nostræ recreata gentis  
Iuncta diuino sôoles marito,  
Splendidi sedes habitare cæli  
Regnaq; diuum.  
Prima miratrix Galilæa Canas  
Obstupet testis renonata rerum  
Munera , & magnum probat esse Iesu in  
Pectore numen,  
Dum videt certas variare formas,  
Iurat & prisci latices Noachi,  
Fonte quas nuper vitro fluentois  
Hauserat undas.

NATV-

2870-0001-0000-0000

NATVRÆ INNOVANDÆ ARGVM.

*Sordet quicquid habet mūdus cū munere Christi  
Collatum; nec iam quæ placuere valent.*



CHRISTO CVRATORI BENIGNO S.

G In